



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XLI. In Templo Devm Potivs Colendi documentum Christus, Apostoli,
primi Christiani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

Iam auditus exactior est, qui per utrosque meatus vocem recipit. Et multo validior apprehensio digitorum communione. Adhuc nihil eorum vel quæ a natura, vel quæ ex instituto rectè peraguntur, sine consortis conspiratione perfici videmus: cū etiam deprecatio ipsa consonantes non habens, multo est inualidior. Et Dominus dixit Matth. 18. vers. 20. cum duo vel tres vnanimè ipsum inuocant, in medio se illorum fore. Insuper dispensationem ipsam Dominus suscepit, vt per sanguinem crucis ipsius siue terrena, siue cœlestia pacificaret. Coll. 1. v. 20. Basil. amicus in eandem descendit sententiam, S. Ambros. Multi minimi, ait, dum congregantur vnanimè, sunt magni, & multorum preces impossibile est contemni. Copiosior & elegantior in hoc genere est S. Ioan. Chrysof. qui hom. 79. ad pol. Ant. Et domi quidem, ait, orari potest, sic autem, vt in Ecclesia non potest, vbi tanta Patrum multitudo, vbi clamor ad Deum vnanimè emittitur. Non ita Dominum per te solum orans, audieris, vt cum fratribus tuis. Hic enim maius aliquid est: puta vnanimitas & consonantia, caritatisq; vinculum, & sacerdotum orationes. Propterea namq; sacerdotes prepositi sunt, vt multitudinis orationes cum sint infirmiores, hisce potentiores adiungentes, pariter cum illis in cœlum ascendant. Si namq; Petrum Ecclesiæ adiunxit oratio, & illam ex carcere columnam eduxit, quomodo tu ipsius potentiam contemnis? Eandem prorsus sententiam inculcat S. Chrysof. hom. 3. de incomprehens. Dei natura.

In conuentu
iustorum
Dominus.

Cum aliis
precantes
facilius im-
petramus.

Sacerdotū
& Clerico-
rum preces
ardentiores
esse debent,
quam secu-
larium.
S. Petrus Ec-
clesiæ colu-
mna.

CAPVT XLII.

IN TEMPLO DEVM POTIVS COLENDI

documentum Christus, Apostoli, primi Christi-
stiani.

S IN templo preceandi illustre Saluator præbuit exemplum; qui & quadragesimo ab ortu suo die, in templo offerri voluit, Luca 2. & puer duodenarius ilud religiose cum sanctissima matre adiit & Nutritore

G 4 Josè-

Josepho, nec alibi quam in eo repetitus est, *Lu. 2. v. 46.*
 Quotidiè & se ibi negotia diuina patris tractare affirmavit, *v. 49.*
 Christus in illud sua presentia creberrime honorauit. *Erat docens*
 templo ver- quotidie in tēplo, ait *S. Lu. c. 19. v. 47.* Et ipse Dominus: *Quo-*
 satas. tidie eram apud vos in templo docens, *Mar. 14. v. 49.* Graui-
 Saculariū ter tulit, & castigauit quod templum conuerteretur
 in templo in speluncam latronum, & domū negotiationis. *Mat.*
 negotiorum *21. v. 13. Ioā. 2. v. 16.* idq; asseruit esse domum Patris sui, &
 tractatio domum orationis, hoc est, locū proprie precatiōis, &
 offendit exercendæ religioni destinatum & consecratum.
 Christum. §. Apostoli eorumq; & Christi Dñi discipuli & se-
 Apostoli pri catores, assidui fuere & in templo precatōres, ac di-
 miq; Christi uini Numinis laudatores, vt testis loquacissimus, &
 discipuli in probatissimus est *S. Luc.* qui Euāg. suum his cōcludit
 templo asi- verbis. *Et ipsi (discipuli) adorantes (Christū Dñm in cæ-*
 dus simi. los inuectū) regressi sunt in Ierusalē cū gaudio magno, & e-
 Quotidia- rant semper in templo laudantes & benedicentes Deū. Et rur-
 na Apostolo- sum in Apostolicis Actib. *c. 2. v. 46.* Quotidie, ait, per du-
 rum in tē- rabant vnanimiter in tēplo. Quantus primorū Christia-
 plo precatio- norū ardor & religionis studiū statis in temporib. in
 Precationis dies singulos tēplum ineuntiū, & cōuinctissimis ani-
 socia sit ele- mis Deum religiosissime deprecantiū? *Et c. 3. Act. v. 1.*
 mosyna. *Petr. & Ioā. ascendebant in tēplum ad horam orationis nonā,*
 Spiritus S. & claudo mendicanti ante tēpli vestibulū eleemosy-
 ad templū næ loco sanitatē tribuerunt religioni misericordiam
 inducit. copulantes, q̄ orationis, ieiunij, eleemosynæ cōsocia-
 Vidua spe- tio Deo gratissima est, *Tob. 12. v. 8. Exo. 23. v. 15. Deut. 16. v.*
 ret in Deū, *17. Hof. 6. v. 6.* Deprædicat idē *S. Luc. B. Simeonē senē,*
 & instet o- q̄ manifestante, monente, & instigante Spiritu S. in
 rationib. no tēplum venerit. *Lu. 2. v. 27.* Eo n. impellit diuinus ille
 ete & die. i. spiritus. Commendat & *ibid. v. 37. S. Annam viduam,*
 Tim. 5. v. 5. quod non discesserit de templo ieiuniis & obsecrationibus ser-
 Cultus Dei uiens nocte ac die. *Et Actor. cap. 8. vers. 27. laudat Eunu-*
 ieiunatio & chum ex Æthiopia religionis ergo ad Jerosolymita-
 deprecatio. num templum proficiscentem, & in itinere Isaiā pro-
 phetam

phetam legentem, ac exemplo suo ad loca sacra peregrinantes monentem, vt pia lectione, precatione, aut colloctione, & exhortatione viam progrediantur, & à nugis abstineant.

*Pia lectio
& obserua-
tio nullum
ir:neris im-
pedimentū.*

§. Philo Iudæus libr. de supplicum virtutibus recensens Apostolica & Ecclesiastica institutionis primordia tradit vetustissimos illos Christianos precandi gratia sacras in singulis agris adiculas habuisse.

§. Et sanctis in lege omnibus persuasissimum fuit: propitium in templo Numen adesse; qua de causa & ad illud se religiose conferebant; quos inter numerandi Helcana & Anna Samuelis Parentes i. Reg. i. quæ Anna in Domini tabernaculo & filium impetrauit & ibidem Deo consecrauit.

*Sanctorum
iudiciū, in
templo Deū
magis pro-
pitium.*

CAP. XLII.

S. DAVIDIS IN FREQUENTANDO Dei tabernaculo studium.

§. **A**ST in hoc præcipuum eluxit regij Vatis officium, qui eo se recepit 2. Reg. 7. gratias acturus pro sempiterni regni promissione. Quod quam illi solenne, iucundum, frequens fuerit, cum alibi indicatur, tum ille frequens in Psalmis significat Psalm. 5. ver. 8. Ego in multitudine misericordiarum tuarum, introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo. Confusus immensa misericordia tua, cuius misericordia & effecta largiter & plena manu in eos, qui in sacro tuo domicilio te sanctè precantur, effundis: ingrediar & ego illud, & ibi pauca religione, & religioso pauore tremendum Numen supplex venerabor. Psalm. 22. v. 8. 9. Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite mee, (Ad quid?) & vt in habitem in domo Domini in longitudinem dierum. Magna misericordia ducit.

*Deus muni-
ficentissi-
mus erga si-
bi in templo
supplican-
tes.
Dei miseri-
cordia ad
templū in-
ducit.*